



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 72. Philippus Nerus & Theresia a Jesu Beatorum fastis a Paulo V.
adscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. drano Georgianorum Principe pacis fœ-
A. C. 1614. dera inibat.

§. LXXII.

*Philippus Nerus & Theresia a Jesu
 Beatorum fastis a Paulo V.
 adscripti.*

Ad hujus anni diem decimam quartam
 Maij referunt nonnulli Beati Philip-
 pi Nerii Beatificationem, quamvis ali-
 eandem ad diem vigesimam tertiam
 Aprilis anni sequentis reiiciant; post-
 quam enim quarto post sancti hujus Viri
 obitum anno Corpus ejus integrum, ac
 ipsius memoria virtutum splendore &
 prodigiorum copia ubique sanctitatis fa-
 mam diffunderet, Paulus V. in acta ac
 ipsius miracula demandatis inquirendi
 curis eundem Beatis palam adnumera-
 bat. Iisdem publicis honoribus deco-
 rabat idem Pontifex Sanctam There-
 siam a Jesu Carmelitani Ordinis resta-
 ratricem, quæ tam in vita quam post
 mortem prodigiis celebratissima per to-
 tam Hispaniam velut Sancta colebatur:
 quocirca Clemens VIII. Philippo II.
 Hispaniarum Rege, Regina, Archie-
 piscopis aliisque innumeris impense ro-
 gantibus, cuncta ipsius gesta & prodigi-
 a exactissime discuti jussit, omnibus-
 que rite comprobatis sanctam hanc Vir-
 ginem

ginem Beatis adscribere constituit, morte tamen præventus, quod feliciter cæpit, absolvere haud valuit: tandem vero recognita causa Paulus V. die vigesima quarta Aprilis edito diplomate, quod incipit: *Regis æternæ Gloriæ Theresiam in Beatarum Virginum album solemniter recensuit. Hæc Virgo in Regni Patronam Albæ, atque in universo Hispaniæ Regno selecta est, ejusque obitus dies ibidem festivo colitur, ac vacuus ab opere Religioni consecratur.*

Sæc. XVII.
A. C. 1614.

§. LXXIII.

Principum ac Virorum illustrium obitus.

Præter Philippum Ludovicum Palatini Comitem, qui tertio Mense post Wolfgangi Guilielmi Ducis Filii sui reditum ad Ecclesiam Romanam die decima quarta Septembris præ animi mœrore decessit: pariter naturæ debitum solvit Henricus Montmorentius Galliæ Comestabilis, & in Septimania Prorex: Vir bellica virtute ac divitiis oppido conspicuus, cetera literarum adeo ignarus, ut ne prima quidem elementa sciret, quamvis solo naturæ Beneficio summum rerum apicem assecutus, tanta laude iniquissimis

Strauch.
cont. Sleid.
pag. 529.
Gramond.
Hist. Gall.
l. I. p. 50.
Serran.
Franc. Hist.
p. 929. 926.